

L 18 Eine heiÙe Diskussion

Mater: „Quid in animo habes, Quinte? Quo is?“

Q: „Eo ad patrum¹ Flaviae, qui me invitavit.

De vita et moribus eorum hominum, qui in provincia Raetia vivunt, narrabit.“

M: „Quando domum redibis, Quinte?“

Q: „Tempore cenae redibo, mater.

Nisi in tempore ero, apud Flavios cenabo.“

M: „I modo! Te Flaviis salutem dicere iubeo.“

Quintus via recta ad domum² Flaviorum it.

Unus e servis eum in atrium¹ ducit.

Modo alius hospes, cuius vox magna et gravis est, rogat:

Hospes: „Cur Germanos Danuvium transire non prohibemus?

Numerus eorum, qui transeunt neque redeunt, in dies³ crescit.

Nonne mox alieni erimus in imperio nostro?“

C: „Nondum periiimus neque peribimus, Placide; nam ... Salve, Quinte!

Venisti ad tempus; cum Placido amico dissero de eis periculis,“

Q: „..., quae a Germanis sunt. Verba vestra audivi, Calve.“

C: „Nullum periculum a Germanis est.

Hermunduri bonum exemplum dant:

Quondam ea civitas sedes trans Danuvium habuit,

sed iam sub Nerone Caesare eis ubique transire licebat.

Etiam eis licebat non modo in ripa, sed tota provincia commercium⁴ exercere.

Nunc eae civitates, quibus domos² villasque nostras aperuimus,

una nobiscum provinciam administrant et amici populi Romani sunt.“

1) **patruus**, -ī m: Onkel 2) **domus** (Akk. Sg./Pl. **domum/domōs**) f: Haus (*in der Stadt*) 3) **in diēs**: von Tag zu Tag
4) **commercium**, -ī n: Handel